

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. VAL. MARTIALIS

Martialis, Marcus Valerius

AMSTELODAMI, 1628

Liber II.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](#)

MARTIALIS

Epigrammatum

L I B E R I I .

Ad Decianum epistola.

QUID nobis, inquis, cum epistola? Parumne tibi
prastamus, si legimus epigrammati? Quid
hic pomo dicturum es, quod non possis versibus
dicere? Video, quare Trigaxii epistolam accipiant,
quibus pro se loqui non licet. Epigrammata curione
non egest, & contenta sunt sua, id est, mala lingua.
In qua cuncta pagina vixum est, epistolam faciunt.
Noli, rogo, si tibi viderit, rem facere ridiculan, &
in toga saltantem inducere personam. Denique vi-
deris, an te delectet contra reiuarium ferula. Ego
inier illos Jedeo qui prolaus reclamat. Puto, me
hercule, Deciane, verum dicas. Quid, si scias, cum
qua & quoniam longa epistola negotiorum fueris habitu-
rus? Itaque quod exigis fiat. Debebunti, si qui
in hunc librum intenderint, quod ad primam paginam
non lapsi perveniente.

Ad librum suum. I.

Ter centena quidem poteras epigrammata ferre?
Sed quis te ferreret, perlegeretve, liber? At nunc succincti quae sint bona disce libelli.
Hoc priuilegium, brevior quod mihi charta pexit,
Deinde, quod haec una peragit librarius hora,
Nec tantum nugis servier iste mens.
Tertia res haec est, quod si cui forte legeris,
Sis licet usque malus, non odiofus eris.
Te conviva leget mixto quincunce; sed ante
Incipiat positus quam repuisse calix.
Esse tibi tanta cautus brevitate videris?
Hei mihi! quam multis sic quoque longus eris!

M. VAL. MARTIALIS

Ad Germanicum Cæsarem. 2.

Crete dedit magnum, majus dedit Africa nomen
Scipio quod vîctor, quodque Metellus habet.
Nobilis domito tribuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine, Cæsar, eras.
Frater Idamæos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex Cattis laurea, tota tua est.

Ad Sextum. 3.

Sexte, nihil debes, nil debes Sexte; fatemur;
Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest,

In Ammianum. 4.

O quam blandus es, Ammiane, matri!
Quam blanda est tibi mater, Ammiane!
Fratrem te vocat, & soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?
Quare non juvat hoc, quod estis, esse?
Lusum creditis hoc, jocumque? non est.
Matrem, quæ cupit esse se fororem,
Nec matrem juvat esse, nec fororem.

Ad Decianum. 5.

Ne valeam si non totis, Deciane, diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed duo sunt, quæ nos distinguant, millia passum:
Quatuor haec sunt, cum redditurus eam.
Sæpe domi non es; cum sis quoq; sæpe, negaris.
Vel tantum cauiss, vel tibi sæpe vacas.
Te tamet ut videam, duo millia non piget ire;
Ut te non videam, quattuor ire piget.

Ad Severum. 6.

T nunc, edere me jube libellos:
Letis vix tibi paginis duabus,
Spectas iugato; Severe,
Et longas trahis o'cierationes.
Hec sunt, quæ relegente me solebas.
Raptim scribere, sed Vitellianis.

sec sunt singula, quæ sinu ferebas
er convivia cuncta, per theatra.
sec sunt, aut meliora, si qua nescis.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
ullo crassior ut sit umbilico,
tutus habbi totus triduo tibi legatur?
umquam deliciæ supiniores.
assus tam cito deficis viator,
t cum currere debeas Bovillas,
terjungere quæris ad Camenas?
nuac, edere me jube libellos.

In Attalum. 7.

Declamas bellè, caussas agis, Attale, bellè.
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis bellè mimos, epigrainmata bellè,
Bellus grammaticus, bellus es astrologus.
It bellè cantas, & saltas, Attale, bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

Ad lectorem. 8.

Si qua videbuntur chartis tibi, lector, in istis,
Sive obscura nimis, sive Latina parum;
Non meus est error: nocuit librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.
Quod si non illum; sed me peccasse putabis;
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
sta tamen mala sunt. (quasi nos manifesta neges
mus)
Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

De Nævia. 9.

Ictiphi, rescriptit nil Nævia. non dabit ergo.
Sed puto, quod scripsi, legerat. ergo dabit.

In Posthumum. 10.

Asia dimidio quod das mihi, Posthume, labro,
Laudo: sicut demas hinc quoque dimidium.
Is dare majus adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

Ad

Ad Rufum, de Selio cænipeta. II.

Quod fronte Selium nubila vides, Rufe,
 Quod ambulator porticum terit serus;
 Lugubre quiddam quod tacet piger vultus;
 Quod pæne terram tangit indecens nasus;
 Et dextra pectus pulsat, & comam vellit;
 Non ille amici fata luget, aut fratriis;
 Vterque natus vivit, & precor vivat.
 Salva est & uxor, sarcinæque, servique:
 Nihil colonus, villicusque decoxit.
 Mœroris igitur causa quæ domi coenat.

In Posthumum. 12.

Esse quid hoc dicā, quod olet tua basia myrrham
 Quodque tibi est nunquam non alienus odor?
 Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Posthu-
 me, semper.

Posthume, non bene olet, qui bene semper olet,

Ad Sextum. 13.

Et judex petit, & petit patronus.
 Solvas censeo, Sexte, creditorī.

De Selio (de quo ep. xij.) 14.

Nil intentatum Selius, nil linquit inausum,
 Coenandum quoties jam videt esse domi.
 Currit ad Europen, & te, Paulline, tuosque
 Laudat Achilleos, sed sine fine, pedes.
 Si nihil Europe fecit, tum Septa petuntur,
 Si quid Phyllirides præstet, & Æsonides.
 Hic quoque deceptus, Memphisca templa fre-
 quentat,
 Assidet & cathedris moesta juvenca tuis.
 Inde petit centum pendentia tecta columnis:
 Illinc Pompeji dona, nemusque duplex.
 Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti;
 Nec Grylli tenebras, Æolianque Lupi:
 Nam thermis iterum cunctis iterumq; lavatur:
 Omnia cum fecit, sed renuente deo,
 Lotus ad Europes tepidæ buxeta recurrit,
 Si quis ibi serum carpat amicus iter.

RTIALIS
canipeta,
ides, Rufe,
erit ferns;
t piger vultus
decens nasus;
omam vellit;
ffatris;
vivat.
servique:
corxit.
omi coenar.
m. 12.

EPIGRAMMAT. LIB. II. 49

per te, perque tuam, vector lascive, puellam,
Ad coenam Selium tu, rogo, Taure, voca.

In Hermum. 15.

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humanè facis, Herme, non superbè.

In Zoilum. 16.

Zoilas ægrotat, faciunt hanc stragula febrem;
Si fuerit sanus, coccina quid facient?
Quid thorax à Nilo, quid Sidone tinctus oleti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cū medicis? dimirte Machaonas omneis,
Vis fieri sanus? stragula sume mea.

Ad Ammianum. 17.

Tonstrix Subure faucibus sedet primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum
Argue letum multus obfideret futor.
Sed ista tonstrix, Ammiane, non tondet.
Non tondet, inquis? ergo quid facit? radit.

In Maximum. 18.

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, coena:
Tu captas aliam, jam sumus ergo pares;
Mane salutatum venio: tu diceris ifse
Ante salutatum, jam sumus ergo pares.
Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis:
Tu comes alterius, jam sumus ergo pares.
Effe sat est servum: jam nolo vicarius esse.
Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

Ad Zoilum. 19.

Felicem fieri credis me, Zoile, coena:
Felicem coena, Zoile? deinde tua?
Debet Aricino conviva recumbere clivb,
Quem tua felicem, Zoile, coena facit.

De Paullo. 20.

Carmina Paullus emit, recitat sua carmina Paullus.
Nam quod emas, possis dicere jure tuum:

In Posthumum. 21.

Bafia das aliis; aliis das, Posthumē,dextram? Dicis,utrum mavis? elige: malo-manum.

De eodem. 22.

Quid mihi vobiscum est, & Phœbē, novemq; so-
Ecce nocet vari Musa jocosa suo. (rores)
Dinsidio nobis dare Posthumus ante solebat
Bafia; nunc labro coepit utroque dare.

In Eundem. 23.

Non dicam,licet usque me rogetis,
Quis fit Posthumus in meo libello:
Non dicam,quid enim mihi necesse es?
Has offendere basiationes,
Quæ se tamen bene vindicare possunt?

Ad Candidum. 24.

Si det iniqua tibi tristem Fortuna reatum;
Squallidus bærebo,pallidiorque reo.
Si jubeat patria daninatum excedere terra;
Per freta,per scopulos exsulis ibo comes.
Dat tibi divitias, ecquid sunt ista duorum?
Das partem? multum est; Candide,des aliquid,
Mecum eris ergo miser. quod si Deus ore sereno
Annuerit; felix,Candide,solus eris.

Ad Gallam. 25.

Das nunquam,semper promittis,Galla,roganti;
Si semper fallis; jam rogo, Galla, nega.

De Nævia,ad Bithynicum. 26.

Quod querulum spirat,quod acerbū Nævia tussit;
Inque tuos mittit sputa subinde sinus:
Jam te rem factam,Bithynice,credis habere;
Erras: blanditur Nævia,non moritur.

De Selio cenipeta. 27.

Laudantem Selium, cenz cum retia tendit;
Accipe five legas,five patronus agas,
Affecte! graviter! cito! nequierer! euge! beatè!
Hoc volui! facta est jam tibi cena, rase.

In Sexstillum. 28.

Ideto multum, qui te, Sextille, cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium.
Ed nec paedico es, nec tu, Sextille, fututor;
Calda, Vetus stillæ nec tibi bucca placet.
Ix istis nihil es, fateor: Sextille: quid ergo es?
Nescio: sed tu scis res superesse duas.

*In stellionem quendam, ad**Rufum. 29.*

Use vides illum subsellia prima terentem,
Cujus & hinc lucet sardonychata manus;
Quæque Tyron toties epotavere lacernæ,
Et toga non tactas vincere jussa nives;
Ujuus olet toto pinguis coma Marcellano,
Et splendent vulso brachia trita pilo.
Non hesterna sedet lunata lingula planta;
Coccina non læsum pingit aluta pedem;
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem;
Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.

In Cajum. 30.

Mutua viginti festerria forte rogabam;
Quæ vel donanti non grave munus erat.
Quippe rogabatur fidusque vetusque sodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.
Is mihi, dives eris, si causas egeris, inquit.
Quod peto da, Cai, non peto consilium.

*Ad Marianum, de Chrestil-**la. 31.*

Sæpe ego Chrestillâ futui: det quam bene, quæris?
Supra quod fieri nil, Mariane, potest.

In Ponticum. 32.

Lis mihi cum Balbo est; tu Balbū offendere nō vis.
Pontice:cū Licino est; hic quoq; magnus homo.
Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum; (est).
Contra libertum Cæsaris ire times.
Abnegat, & retinet nostrum Laronia servum;
Respondes: orba est, dives, anus, vidua.
Non bene, crede mihi, servo servitur amico:
Sit liber, dominus qui volet esse meus.

In Philanum. 33.

Cur non basio te, Philæni? calva es.
 Cur non basio te, Philæni? rufa es.
 Cur non basio te, Philæni? lusca es.
 Te qui basiat, hic Philæni, fellat.

In Gallam. 34.

Cum placeat Phileros tota tibi dote redemptus,
 Tres pateris natos, Galla, perire fame.
 Præstatur cano tanta indulgentia cunno,
 Quem nec casta potest jam decuisse Venus.
 Perpetuam faciant Dî te Philerotis amicam.
 O mater, qua nec Pontia deterior.

Ad Phœbum. 35.

Cum sint erura tibi simulent quæ cornua lunæ,
 In rhytio poteras, Phoebe, lavare pedes.

Ad Pannicum. 36.

Flectere te nolim, sed nec turbare capillos.
 Splendida sit nolo, ferdida nolo cutis.
 Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum.
 Nolo virum nimium, Pannice; nolo parum.
 Sunt tibi crura pilis, &c sunt tibi pectora setis
 Horrida; sed mens est, Pannice, vulsa tibi.

In Cæcilianum. 37.

Quidquid ponitur hinc & inde verris
 Mammæ suminis, imbricenque porci,
 Communemque duobus attagenam,
 Mullum dimidium, lupinque totum,
 Murenæque latus, femurque pulli,
 Stillanteaque alica sua palumbum.
 Hæc cum condita sunt madente mappa
 Traduntur puero domum ferenda.
 Nos accumbimus otiosa turba.
 Villus si pudor est, repone coenam:
 Cras te, Cæciliæ, non vocavi.

In Linum. 38.

Quid mihi reddat ager, queris, Line, Nomentanus?
 Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

Quæ vestis machæ conve-
niat. 39.

Joccina famosæ donas & ianthina moechæ.
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

In Tongilium. 40.

Vix Tongilius male dicitur hemitritæo.
Novi hominis mores: esurit atque sitit.
Subdola tenduntur crassis modo retia turdis:
Hamus & in nullum mittitur atque lupam.
Cæcuba faccentur, quæque annus coxit Opimii;
Condantur paico fusca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici jussere lavari:
O stulti, febrem creditis esse? gula est.

Ad Maximinam, puellam eden-
tulam. 41.

Ride, si sapis, ô puella ride,
Pelignus, puto, dixerat Poëta:
Sed non dixerat omnibus puellis.
Verum ut dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi; tu puella non es:
Nam tres sunt tibi, Maximina, dentes,
Sed plane piceique, buxeique.
Quare si spiculo mihi que credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam ventum vatus, manumve lippus:
Quam cretata timet Fabulla nimbum:
Cerussata timet Sabella solem.
Vultus induito magis severos,
Quam conjux Priami, nurusque major.
Mimos ridiculi Philistionis,
Et convivia nequiora vita;
Et quidquid lepida procacitate
Laxat perspicuo labella risu.
Te modestæ decet assidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem;
Et tantum tragicis vacare Musis.
At tu, judiciuin secuta nostrum,
Plora, si sapis, ô puella, plora.

In Zoilum. 42.

Zoile, quid solium subluto podice perdis?
Spurcius ut fiat, Zoile, merge caput.

In Candidum. 43.

Kεινῶ φίλων ἡὲ τοῦτο, ἡὲ σὺν ταῖς, Καδίδη, κοινῶ
Quæ tu magniloquus nocte dieque sonas?
Te Lacedæmonio velat toga lota Galefo,
Vel quam seposito de grege Parma dedit:
At me quæ passa est furiosi cornua tauri,
Noluerit dici quam pila prima suam.
Misit Agenoreas Cadimi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis coccina nostra tribus.
Tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes:
Fulcitur testa fagina mensa mihi.
Iminodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli:
Concolor in nostra, camimare, lance rubes.
Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:
At mihi succurrit pro Ganymede manus.
Ex opibus tantis veteri fidoque sodali
Das nihil, & dicis, Candide, κοινῶ φίλων.

In Sextum fæneratorem. 44.

Emi seu puerum, togamve pexam,
Seu tres, ut puta, quattuorve libras:
Sextus protinus ille foenerator,
Quem nostis veterem meum fodalem,
Ne quid forte petam, timer, cavetque;
Et secum, sed ut audiam, susurrat:
Septem millia debeo Secundo;
Phœbo quattuor, undecim Philetos;
Et quadrans mihi nullus est in arca:
O grande ingenium mei sodalis!
Durum est, Sexte, negare, cum rogaris:
Quarto durius, ante quam rogeris!

Ad Glyptum. 45.

Quæ tibi non stabat, præcisa est mentula, Clypte,
Demens cum ferro quid tibi? Gallus eras.

Ad Nævolum. 46.

Florida per varios ut pingitur Hybla colores,
Cum breve Sicaniae ver populantur apes;

Sic

Sic tua suppōsitīs pellūcent p̄lēla lacernis :
 Sic micat innumeris arcula syntheſibus:
 Arque unam vestīre tribūm tua candida pōſſunt,
 Appula non uno quā grēge terra tūlit:
 Tu ſpectas hyemē ſuccincti lēntus amici,
 (Pro ſcelus !) & lateris frigora trita mei.
 Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
 (Quid renuis?) non te, Nævole, ſed tineas?

Ad Gallum. 47.

Subdola famosæ, moneo, fuge retia moechæ,
 Lævior o conchis, Galle, Cytheriacis.
 Confides natibus? non eſt paedico maritus.
 Quā faciat duo ſunt: irrumat, aut futuit.

Ad Rufum. 48.

Cauponem, laniumque, balneumque,
 Tonsorem, tabulamque, calculosque,
 Et paucos, ſed ut eligam, libellos :
 Vnum non nimium rudem ſodalem,
 Et grandem puerum, diuque lævem ;
 Et caram puerō meo puellam :
 Hæc præſta mihi, Rufe, vel Butuntis ;
 Et thermas tibi habe Neronianas :

De Thelefina. 49.

Vxorem nolo Thelefinam ducere. quare ?
 Moecha eſt. ſed pueris dat Thelefina. volo.

In Lesbiam. 50.

Quod fellas, & aquam potas; nil, Lesbia, peccas.
 Qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam.

In Hyllum cinadum. 51.

Vnus ſæpe tibi tota denarius arca
 Cum ſit, & hic culo tritior, Hylle, tuo:
 Non tamen hunc pifor, non auferet hunc tib⁹
 caupo :
 Sed fi quis nimio pene ſuperbus erit.
 Infelix venter ſpectat convivia culi,
 Et ſemper miſer hic eſurit, ille vorat.

De Dasio balneatore. 52.

Novit loturas Dafius numerare: poposcit
Maminosam Spatalem pro tribus; illa dedit.

Ad Maximum. 53.

Vis fieri liber? mentiris, Maxime; non vis:
Sed fieri si vis, hac ratione potes.
Liber eris, cenare foris si, Maxime, noles:
Vejentana tuam si domat uva fitim:
Si ridere potes miseri chryseundeta Cinnæ:
Contentus nostra si potes esse toga:
Si plebeja Venus gemino tibi vincitur aste:
Si tua non rectus recta subire potes.
Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior Partho vivere rege potes.

In Linum cinaedum. 54.

Quid de te, Line, suspicetur uxor,
Et qua parte velit pudiciorem,
Cerris indicis satis probavit;
Cultodem tibi quæ dedit: spadonem.
Nil nasutius hac maligniusque est.

Ad Sextum. 55.

Vis te, Sexte, col: volebam amare.
Parendum est tibi: quod jubes, coleris.
Sed si te colo, Sexte, non amabo.

Ad Gallum, de ejus uxore. 56.

Gentibus in Libycis uxor tua, Galle, notatur
Immodicæ fœdo criminè avaritiæ.
Sed mera narrantur mendacia: non solet illa
Accipere omnino, quid solet ergo? dare.

De micropsycho divite. 57.

Hic, quem, videtis gressibus yagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa;
Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Codrus Alpha pænulatorum:
Quem grex togatus sequitur, & capillatus,
Recensque sella linteisque lorisque:
Oppigneravit Claudi modo ad mensam
Vix octo nummis annulum, unde cenareret.

In Zoilum. 58.

Texatus pulchre rides mea, Zoile, trita.
Sunt haec trita quidem, Zoile; sed mea sunt.

De cenatione Casaris, quæ appellatur Mica. 59.

Mica vocor. quid sim, cernis: cenatio parva.
Ex me Cæsareum prospicis, ecce, tholum.
Frangere toros; pere vina; rosas cape; tingere nardos.
Ipse jubet mortis denemississe Deus.

Ad Hyllum. 60.

Vxorem armati furuis, puer Hylle, tribuni,
Supplicium tantum dum puerile times.
Væ tibi, dum ludis, castrabere. jam mihi dices,
Non licet hoc. quid, tu quod facis, Hylle, licet?

In fellatorem male linguae. 61.

Cum tibi vernarent dubia lanugine malæ,
Lambebat medios improba lingua viros.
Postquam triste caput fastidia vespillonum,
Et miseri meruit tædia carnificis:
Vteris ore aliter, nimiaque ærugine captus,
Adlatras nomen quod tibi cunque datum est.
Hærebat inguinibus potius tua noxia lingua:
Nam cum fellaret, purior illa fuit.

Ad Labienum. 62.

Quod pectus, quod crura tibi, quod brachia vellis,
Quod cincta est brevibus mentula tonsa pilis:
Hoc præstas, Labiene, tuæ (quis nescit?) amicæ.
Cui præstas culum, quem, Labiene, pilas?

Ad Milichum. 63.

Sola tibi fuerant leſtertia, Miliche, centum,
Quæ tulit è ſacra Leda redempta via.
Miliche, luxuria est, si tanti dives amares.
Non amo, jam dices: hæc image luxuria eſt.

In Laurum. 64.

Dū modo cauſſidicū, dum te modo rhetora fingis.
Et non decernis, Laure, quid eſſe velis;
Peleos, & Priami tranſti vel Nestoris annos:
Et fuerat ſerum jam tibi, definere.

D. s. Incipit,

58 M. VAL. MARTIALIS

Incipe, tres uno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, si quid in arte vales:
Si schola damniatur; forā litibus omnia fervent;
Ipse potest fieri Marsya caussidicus.
Eja āge, rumpe moras; quo te spectabimus usque?
Dum, quid sis, dubitas, jam potes esse nihil.

In Salejanum. 65.

Cur tristiorē cernimus Salejanum?
An causa levis est? extuli, inquis, uxorem,
O grande fati crimen! & gravem casum!
Illa illa dives mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis?
Nolle accidisset hoc tibi, Salejane,

In Lalagen. 66.

Vnus de toto peccaverat orbe comarūn
Annulus, incerta non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, ulta est;
Et cecidit sectis icta Plecusa comis,
Define jam, Lalage, tristes ornare capillos,
Tangat & insanum nulla puella caput.
Hoc salamandra notet, vel sœva novacula nudet,
Ut digna speculo fiat imago tuo.

Ad Posthumum. 67.

Occurris quoquaque loco mihi, Posthume, clamans
Protinus, & prima est hæc tua vox, Quid agis?
Hoc, si me decies una conveneris hora,
Dicis, habes, puto, tu, Posthume, nil quod agas.

Ad Olum. 68.

Quod te nomine jam tuo saluto,
Quem regem & dominum prius vocabam,
Ne me dixeris esse contumacem:
Totis pilea sarcinis redemi.
Reges & dominos habere debet,
Qui se non haber, atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt,
Servum si potes, Ole, non habere;
Et regem potes, Ole, non habere.

Ad Clasicum canipetam. 69.

Invitum cenare foris te, Clasice, dicis.
 Si non mentiris, Clasice; dispeream.
 Ipse quoque ad cenam gaudebat Apicius ires
 Cum cenaret, erat tritior ille domi.
 Si tamen invitus vadis, cur, Clasice, vadis?
 Cogor, ais; verum est; cogitur & Selius.
 En rogat ad cenam Melior te, Clasice, rectam.
 Grandia verba ubi sunt? si vir es, ecce, nega.

In Cotilum. 70.

Non vis in solio prius lavari
 Quemquam, Cotile: caussa quae, nisi haec, est?
 Vndis ne fovearis irrumatis.
 Primus te licet abluas, necesse est,
 Ante hic mentula, quam caput, layetur.

Ad Cacilianum. 71.

Candidius nihil est te, Cæciliane, (notavi,)
 Si quando ex nostris disticha pauca legis,
 Protinus aut Marci recitas, aut scripta Catulli.
 Hæc mihi das, tanquam deteriora legas.
 Ut collata magis placeant mea? credimus illud.
 Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

Ad Posthumum. 72.

Hesterna factum narratur, Posthume, cena,
 Quod nolle: quis enim talia facta probet?
 Os tibi percisum, quanto non ipse Latinus
 Vilia Panniculi percutit ora sono:
 Quodque magis mirum est, auctorem criminis
 hujus
 Cæcilium tota rumor in urbe sonat.
 Esse negas factum. vis hoc me credere? credo.
 Quid quod haber testes, Posthume, Cæcilius.

In Lyrim. 73.

Quid faciat, vult scire Lyris. quid? sobria fellat.

De Saufejo, ad Maternum. 74.

Cinctum togatis post & ante Saufejum,
 Quanta reduci Regulus solet turba,

Ad

50 M. VAL. MARTIALIS
Ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne, cernis? invidere nolito;
Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.
Hos illi amicos, & greges togatorum,
Fusciculenus præstar, & Faventinus.

De Leone. 75.

Verbera securi folitus leo ferre magistri,
Insertanque pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem subito feritate reversa,
Quanta nec in Libycis debuit esse jugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renovabat humum,
Sævus &c infelix furiali dente peremit.
Martia non vidit majus arena nefas.
Exclamare libet: crudelis, perfide, prædo,
A nostra pueris parce re disce lupa.

De Mario. 76.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit:
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

Ad Cosconium. 77.

Cosconi, qui longa putas epigrammata nostra,
Vtilis ungendis axibus esse potes.
Hac tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Brutii dixeris esse brevem.
Disce, quod ignoras: Marfi, doctique Pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Non sunt longa, quibus nihil est quod demere pos.
Sed tu, Cosconi, disticha longa facis. (fis.)

Ad Cæcilianum. 78.

Astiyo serves ubi piscem tempore, queris?
In thermis serva, Cæciliiane, tuis.

Ad Nasicam. 79.

Invitas tunc me, cum scis, Nasica, vocasse?
Excusatum habeas me; rogo: ceno domi.

De Fannie. 80.

Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit.
Hic (rogo) non furor est, ne moriare, mori?

Ad Zoilum. 81.

axior hexaphoris tua fit lectica licebit.
Dum tamen haec tua sit, Zoile, sandapila.

Ad Ponticum. 82.

bſcissa ſervum quid fungis, Pontice, lingua?
Nefciſ tu populum, quod tacet ille, loqui?

De mœchi poena. 83.

cedasti miserum, marite, mœchum:
at ſe, qui fuerant prius, requirunt
runci naribus, auribusque vultus.
Iredis te fatis ſe vindicatum?
Erras, iſte potest & irrumare.

De Sertorio ad Rufum. 84.

Mollis erat, facilisque viris Pæantium heros:
Vulnera ſie Paridis dicitur ulta Venus.
Cur lingat cunnū Siculus Sertorius, hoc eſt:
Ex hoc occifus, Rufe, videtur Eryx.

Ad amicum de præpoſteris donis. 85.

Vimine clauſa levi niveæ custodia coctæ,
Hæc tibi Saturni tempore manus erit.
Dona quod æſtaris mihi tibi mense Decembri,
Si quereris, rafam tu mihi mitte togam.

Ad Clæſticum. 86.

Quod nec carmine glorior ſupino;
Nec retro lege Sotaden cinædum;
Nusquam Græcula quod recantat Echo;
Nec dictat mihi luculentus Attis;
Mollem debilitate Galliambon:
Non sum, Clæſtice, tam malus poëta.
Quid ſi per graciles vias petauri
Invitum jubeas subire Ladam?
Turpe eſt diſſiciles habere nugas,
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palæmon:
Me raris juvat auribus placere.

Ad Phæbum. 87.

Dicis amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem ſub aqua, Phœbe, natantis habes.

In

In Mamercum. 88.

Nil recitas, & vis, Mamerce, poëta videri:
Quidquid vis, esto, dummodo nil recites.

In Gaurum. 89.

Quod nimio gaudes noctem producere vino,
Ignoſco: vitium, Gaure, Catonis habes.
Carmina quod scribis Musis & Apolline nullo,
Laudari debes: hoc Ciceronis habes.
Quod vomis, Antoni: quod luxuriaris, Apici:
Quod fellas, vitium dic mihi cuius habes?

Ad Quintilianum. 90.

Quintiliane, vagae moderator summe juventae:
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ.
Vivere quod propero pauper, uer inutilis annis,
Da veniam: properat vivere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui vincere census;
Atriaque iñmodicis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos
Tefta juvant, & fons vivus, & herba rudit.
Sit mihi verna satur: sit non doctissima conjux:
Sit nox cum somno: sit fine lite dies.

*Petit poeta à Cæſare jus trium
liberorum. 91.*

Rerum certa salus, terrarum gloria, Cæſar,
Sospite quo magnos credimus esse deos:
Si festinatis toties tibi lecta libellis,
Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna veteri fieri, permitte videri,
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

De eodem, ad uxorem. 92.

Natorum mihi jus trium roganti,
Musarum pretium dedit mearum.
Solus qui poterat: valebis uxor:
Non debet domini perire mynus.

Ad Regulum. 93.

rimus ubi est, inquis, cum sit liber iste secundus?
Quid faciam, si plus ille pudoris habet?
u tamen hunc fieri si mavis, Regule, primum;
Vnum de titulo tollere iota potes.

M. V A L.

M A R T I A L I S

Epigrammatum

LIBER III.

Ad lectorem. 1.

Hoc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab
oris
Gallia Romanæ nomine dicta togæ.
Iunc legis, & laudas librum fortasse priorem.
Illa, vel hæc mea sunt. quæ meliora putas?
Plus sanè placeat, domina qui natus in urbe est:
Debet enim Gallum vincere verna liber.

Mittit librum Faustino. 2.

Cujus vis fieri, libelle, munus?
Festina tibi vindicem parare,
Ne nigram cito raptus in culinam
Cordyllas madida regas papyro,
Vel thuris, piperisque sis cucullus.
Faustini fugis in finuim? sapisti.
Cedro nunc licet aynbules perunctus,
Et frontis gemino decens honore
Pictis luxurieris umbilicis:
Et te purpura delicata velet,
Et coco rubeat superbus index.
Illo viudice nec Probum timeto.

Ad librum suum. 3.

Romam vade liber, si, veneris unde, requirest:
Æmiliae dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua sumus in urbe, rogabit:
Corneli referas me, licet, esse foro.

Cus